



## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Homiliæ Qvadragesimales Reverendissimi D.ni P. F. Hieronymi Baptistæ De Lanvza Venerabilis memoriæ Episcopi Barbastrensis & Albarrazini, Ord. FF. Prædicatorum**

Ex Hispanico idiomate in latinum perfectè fideliterq[ue] iuxta posteriorem omnium, nouamq[ue] editionem translatae, & ab innumeris cùm S. Scripturæ, tùm SS. Patrum typographicis erroribus emendatæ ... cum triplici Indice ...

**Lanuza, Jerónimo Bautista de**

**Antverpiæ, 1649**

§.7. Subijt in montem &c. Et cum vidisset quia multitudo maxima, &c. Christus in sublimi illos inuetur, qui sunt in declini. Hoc diues faciat, & miserebitur pauperis, sibique pariet tranquillitatem.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-53104](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-53104)

strat, vt pūquā fame intereant, quia igitur ratione, quod tibi deficiet, poteris imaginari? Quanto magis vos modica fidei? Insuper illa verba petendamus: Pater vester caelestis. Qualis, oblecto, est inter terrenum patrem, caelestemque differentia? Quod bonitatis ad bonitatem, curae ad curam, misericordiae ad misericordiam discrimen? Quis pater terteltris pro filio suo fecit, quod Pater ille caelestis? Qui proprio filio suo non pepererit, sed pro nobis omnibus tradidit illum. Hic autem pro te sanguinem suum, vitam, animam, carnem, meritaque tradidit. Si vos cum sitis mali, nostis bona data dare filiis vestris, quanto magis Pater vester de caelo dabit etc. Mirabilis est illa fiducia, qua puer patri imititur, qui incurtus recumbit, indit, dormit. Si ab illo quara: corculū meum, num tibi triticum est? Non. Num vestis alia? Non. Num alij caleci? Non. Si quando illa tibi defecerint, quid ages? Pater meus omnia mihi procurauit. Paternae curae suam omnem committit, numquam sollicitus, quis sit illi prospecturus, si patrem habeat: ipsa naeque natura illi hanc spem induit, quod pater à quo sum esse suscepit, de victu sit illi prospecturus quotidiana, ei que omnibus, quae huius sunt futura necessaria. Ea igitur Christiani, vestros respicite oculos: Nisi conuersi fueritis, & efficiamini sicut paruuli etc. Perueniens vos diligit Pater ille caelestis quam terrenus, & quid magis habet in vobis, cum vobis dederit animam, corpus formauerit, vos alat, suoque sit regno praematurus. Si tantum, tantaque ratione patri suo pulso confidit. Quanto magis vos modica fidei. Vos, inquam, quibus sanguinem suum, animam, corpus, gratiam, suaque sacramenta quoniam seipsum erogauit. O quam liberū ab omni foret cor vestrū timore ac sollicitudine, si puteros imitaremini.

Ro. 8. 32.

Luc. 11. 13.

XI. Similitudo fiducia filij ad patre.

Mat. 18. 5.

XII.

Fiducia reddit dispositione, vt si quando laborem quemdam hominem viderit, aut necessitatem, r'ico manum illi iuuic'iat. Hoc ex Davide discimus. Paratum cor eius sperare in Domino ( legit Symmachus: Firmū cor eiu expers sollicitudinis in Domino ) confirmatum cor eius: scribit D. Hiero. Firmatum cor eius, non timebit. Agit Deus, quemadmodum Pater cum filio, securum sit cor tuum, perpende quid pro te fecerit, & hoc nam exciabit fiduciam: hoc namque fuit prudensissimum Moysi consilium, quod expendit D. Cyril. Alex. vt in difficillimis periculis, quae terrae promissionis ingressui occurrerant, vna in Deum spe consideret. Si dixeris in mente tua: Maior est numero gens hac quam

Lib. 4. de adorati ad finem. Deuter. 7. 37.

ego: quomodo potero exterminare eos? Non timebas illos: memoria memor eris omnium quae fecit Dominus Deus tuus Pharaoni, & omnibus Aegyptii, tentationumque omnium, quas viderunt oculi tui, signorum, prodigiorumque, magiorum illorum, & manus illius potens: & brachij exco'se, & eduxit te Dominus Deus tuus: sic faciet Dominus Deus vester omnibus gentibus, quas tu times à facie ipsorum. Ita legit D. Cyril. O fidei defectum, exclamat Hieron. Famen vera fides non timet. O te modice fidei Christianum, dignus es quem Deus Demet. ob tuam permutat perire diffidentiam, omittere piaculum esset, pulcherrima D. Chrysoft. verba quibus hoc prosequitur argumentum. Magni nos Deus diligit quam qui nos genuerunt, & quanto magis interest inter prauitatem & bonitatem, ad Ephe. tanta est differentia dilectionis à dicitione patrum cir. med. nostrorum. Neq; hac verba sunt mea, sed ipsius Christi. Tom. 4. fti, qui nos diligit. Audi eum dicentem: Quis ex vobis homo, qui se filius ab eo peccerit panem, cum la. Luc. 11. 12. pitem dabit ei: Si autem vos, cum sitis mali, nostis bona data dare filiis vestris, quanto magis Pater vester, qui est in caelo, bona dabit iis, qui ab ipso petunt? Et vos sum alibi: Non obliuisceris: ut mulier misereri filiorum veri sui: si autem obliuiscatur mulier, ego tamen vestrum non obliuiscar, dicit Dominus. Nam si non diligit, cur nos fecit? Num sunt illi necessi? Num aliquid facimus, quod ei sit opus, & ei fingimus ministerio? Nā aliquis agit ex nostris etc. Tota fidas: nimo tali patri, & attende diligenter, quod si hoc pro debito compleueris, sufficienter erit tuius vt tibi Deus in quibuscumque succurrat necessitatibus, verborum David is remimiscere. Salus iustorum à Domino, & protector eorum Pf. 36. 39. in tempore tribulationis, & adiunabit eos Dominus, & liberabit eos: quia sperauerunt in eo. Ideo liberabit quia sperauerunt.

§. 7. Subiit sn montem &c. Et cum vidisset quia multitudo maxima, &c. Christus in sublimi illos inuener, qui sunt in declini: hoc diues faciat, & miseretur pauperis, sibi que pariet tranquillitatem.

S Aluator noster in montis vertice consistes, atollit oculos, tui amque in valle consistentem inuener, cuique miseretur, agit de succurrando extremae eius necessitati, qua supra D. Bass. modum premechar. Ingeniosus est, dignus. Ho. 7. in que D. Basilij spiritu discursus quo conulit diuinitibus, quatenus suae quieti prospiceret, ter auauit aliquoties oculos suos in tantos, tamque ros. To. 1. innu.

Epif. 8. ad Demet.

Ho 19. in Epif.

Tom. 4. D. CHR.

Luc. 11. 12. Ioh. 49. 39.

Pf. 36. 39.

24

I. Diues semper pauper & anxius. Immemerabiles defecterent pauperes, Christum in hoc imitari quo sine dubio cor suum releuarent. Vt quid arripitis tot curis diuites, tot tumultibus anxii? Quia non nisi sursum apiciunt ad illos, qui ipsi sunt opibus abundantiores, nec oculos in ea, quæ ipsi possident reflectunt, sed in id, quod alter habet, & quo ipsi carent. Non ea quæ possident inueniunt, sed quæ ipsi desunt: defectus autem appetitum, curamque prouocat: hinc illa nascitur molestia, quæ premuntur, vt id quod alter habet, & ipsi similiter habeant. *Non tantum eos ob sam partem non exultant, sed ob ea, quæ desunt videntur cupiditate, potius anxi: ex quo anima curis continuis premuntur, dum alios superare contendunt.* Aliquem inuenire, qui si viginti millia possideat, alter vero quadraginta: & si ille decem aureis sit diues, alter vero quinquaginta, non ea quæ habet attendit, sed quod sibi deficit: vnde se ipsum vt pauperem considerat, & qui indigeat. Accedimus (inquit D. Basil.) à diuitibus cleemosynas rogaturi, & respondent: vero verius pauper sum, & indigeo. Credo tibi (respondet idem) *Diues pauperem te ipsum esse, & ego sentio tecum: quia pauperem esse est defectum patii: & tu non consideras, nisi quod tibi desit, & nec tantum possides, quantum hic, nec quantum ille, qui sunt te ditiores. vnde bene dicit, quod pauper sit: hinc tua nascitur cura, tua anxietas, tua sollicitudo.* Cursores multi concurrunt, & hunc videbis, qui multos post se relinquit, arcum anxiatu vehementius, & exanimatur, quia non illos attendit, verum alios, qui illum præcurrunt, sibi que persuatet, nisi illos assequatur, & transgrediatur, nihil obtinuisse. Fugit quidam cursu rapido, taurum, seu serpentem, & scalas ascendit, in primo consistens gradu toto studet conamine ad secundum ascendere, & tertium, non enim gradus illos attendit, quos scandit, reliquit, que retro, sed qui illi superiunt, superandi. Tales sunt diuites, paupertatem vt serpentem fugiunt: ita namque de illa sentiunt: gradum vnum ascendunt, mille lucrantur & postmodum ad secundum spiritu anhelant ardentiori. Consequatur duo millia, sed nec illa considerant, at illa tantummodo, quæ sibi supersunt obtinenda. *Oportebat illos gaudere, & gratos esse, quod tam multis sint opulentiores: illi vero marent. ac lugent, quod ab vno, & altero opulentioribus vincuntur.* Hoc illos anxios habet, & in cleemosynis erogandis timidus: vt enim se ipsos velut pauperes attendunt, suosque considerant defectus, non videntur sibi habere posse superflua, nec

quod egeritis, vidua pauperi, puella orphana, capiti que distribuant labora tibus. *Vt de- III. storem aliquem ade quaerant, magis & akerit à Diuitum quo superantur, adquare student: & ubi istum oculi quoque transiunt, ergo alium ultra ad, in adum sublimis. rapiuntur, quemadmodum, qui scalas, & g. autis as- D. BASIL. cendentes ad vltiora progressuri, continuo ad gra- Tom. 1. dum sequentiam vestigium attollunt, nec prius quiescunt, quàm summum attingant: sic & ij à re- rum cupiditate non prius cessant quàm in alium sublati, sese à vltima firmos & securos reddant.*

O charissime (loquitur D. Basil.) si perpenderes quot post te relinquant, quotque sint, qui nec habent, quod tu, & millenis ipsos an exertas. Si considerares multos esse, qui tanti, quanti tu valent, & tristat pluris, qui nec panem consequuntur, quem tu domi per terram profectum vili pendis, nec vestes, quæ tuis in cultis à tineis superflua cotroduatur. Appende quæ habes quodque multis sis superior, diuitem te cogita, qui possides quod aliis mille deficit, & te quietum forte, seruentemque animo pauperibus subueniendi miraberis. Si talem opibus non exæques, mille aliis iustus, & in republica honoratis ditior intumescis. Quod si tanta quæta te non possideas, vite, victui, vestitui, tuæque familiaræ collocandæ hæres sufficientia, pluraque quam alius: vnde possides superfluum. Attendi quid dicat sapiens. *Sex sunt, quæ detestatur Pro. 6. 17. Deus. Et hoc statuit primicerium, Oculi sublimis. Ignoscat mihi Deus. Hocine Deus ex- etatur.*

Semper intellexi, quod omnes Philosophi & IV. S. S. PP. testantur: singulariter autem prosequitur. D. Cyp. quod Deus homini concesserit oculos loco positos sublimiori, vt illos atolleret, nec animantibus esset similis, qui semper illos deorsum in terram designant. Etiam trimuli norunt hoc infantes.

*O homini sublimis dedit, celumque videre, Iussit & exaltos ad sidera tollere vultus.*

Ideirco Græci qui se Lepientes iactant hominem vocant *ἀνδραγατος* quod significat: *Sublimis contemplans*: quomodo igitur execratur Deus oculos sublimis? Omnis multis alijs, quæ citra hoc PP. perpendunt, possumus intelligere, Deum hoc ægerimè ferre; oculos scilicet sublimis, qui perpetuo dignitates, celsitudinem, aliaque contemplantur, quicque se ditiores considerant, qui se dignitate sublimiorem, qui se domum habitantem magnificentiorē semper intuentur: hinc inuidia, cupiditates, æmulationes, molestiæque nascuntur, & quod se quisque

V.  
Demittē-  
di sunt  
oculi ad  
pauperes.

quisque inducet infelicem, eo quod alteri sit, in his inferior. Demitte, charissime, aliquando oculos & considera, quot sunt inferiores, quotque qui domus tuae, quas eiicis quisquillas non possident, nec non quot sint, qui officii vihoribus, & exercitiis fungantur molestioribus: te ipsum illis attende superiorem, & gratias Deo referes, qui tibi dedit, alteri negatum, teque in Republica ad honorem euexit, & quietem pluribus altiore.

Hoc saltem, inquit D. Basil. tibi cederet in gaudium, mentisque tranquillitatem, si faceres: quanto magis, ut erga pauperes benignior, fieresque minor, nec non Deo pro collatis beneficiis humanior. Dico veritatem: in multis ordine procedimus praeposito. In diuini spiritus ualibus (inquit D. Gregor.) semper tibi spectandi sunt, qui plus ceteris illis abundant, & in illos oculi reflectendi, qui in ipsis palmam eripiunt: ut

VI.  
Ordine  
praeposte-  
ro procedimus.  
L. 2. Mo.  
cap. 11. C.  
12.

paucas tuas considerans diuitias, videas multum tibi deesse, & valde parum esse, quod agis, multoque te praecedere, quos subsequeris inferior. Optima est haec consideratio, qua te humiliter parique facias; & videas quam pauper sis in iis, in quibus alij te praecurrunt: pariter ut in te desiderium accendas in uita morumque sanctitate proficisci, dum cognoscis multum adhuc tibi superesse, ut tam multos, qui te praecurrunt, assequaris. Quae circa perutile est neditari ca, quae fortissimi passi sunt Martyres, quae sanctissimi operati sunt Doctores, Eremitarum vigillas, & Anachoritarum orationes. Feruorem considera S. P. N. Dominici, qui pro animarum salute caetera ferrea ter diebus singulis corpus atrociter, castigabat: humilitatem perpende; Honorumque contemptum temporalium terrem Seraphini; S. Catharinae Senensis erga venerabile Sacramentum pijissimam deuotionem quo solo passa tres quatuorque menses superuinebat, quod & ipse Christus seipsum ipse manibus uirgini conferabat; D. Pauli primi eremi cultoris contemplationem, similiter D. Anto. qui undecies diebus coniungebat: Mariae Aegyptiacae, & Magdalene penitentiam. Charitate considera erga pauperes in Abraham, cui parui erat largiri eleemosynam occurrentibus, insuper & ipsos inquirebat, & quasi per vim coegebat in domum suam diuertere, in qua illos geniali, & magnifico excipiebat conuiuio, ipse pedes eorum abluibat, ipse illos genuflexus alloquebatur, hinc tibi liquido conuictabit, quam multi te praecurrant, & plurimum tibi superesse uix perfectionis.

VII.  
Sanctio-  
res atten-  
dendi.

Hoc erat Apostoli Pauli frequens exercitiū, 25  
ipso teste. Ego uero ad ea quae sunt priora exten-  
dens in ipsum, &c. Non quae feci peccando, sed  
quae facienda superflua. Curatores non a te uo,  
quos praecurri, sed qui me praecurrunt: hoc ele-  
nim mihi calcem infigit, ne mihi autē acta suffi-  
ciant, sed animotus captum persequar iter. cul-  
menque perfectionis. In rebus uero temporari-  
bus ordine procedendum inuesto: quoniam in  
illis sufficit illa mediocritas, quam petebat Salo-  
mon & habere, quibus uelamur, & contega-  
mur, ut agebat Apostolus, uide non illos atten-  
das, qui plura, quam tu, possident: etenim te ip-  
sum turbabis, sed illos, qui minus habent, & illo  
conquiescunt: ut, & tu illo similiter conquiescas,  
ac intelligas non esse tam parum, quod possides,  
& plures esse, qui uiuunt contenti paucioribus.  
Ordine progredimur retrogrado, nam in diuini-  
tatis, bonis spiritibus tantum eos attendi. Nos im-  
mus, qui minus, & habent, & faciunt quam perf. clo-  
nos, & his conquiescimus nosque superbe extel-  
limus, cum nos multis uideamus esse perfectio-  
res. cum ha-  
res.  
Hoc Pharisaeum perdidit, qui oculos suos non  
conuertebat nisi in illum, qui non tantum, quan-  
tum ille faciebat: uide tibi si ita complacuit  
ut diceret: Deus gratias ago tibi, quod non sum si-  
cut ca. et hominum rap. ore, inuisi, ad. l. eri, uelut  
etiam hic publicanus. Heu quot huic annuera-  
mur i. felici: Quam tibi placeo, quando diebus  
ieiunias ex praepo in iustis, aliquoties com-  
municas, profusa largiris eleemosynas! Hoc  
uide, quod alios, qui his minus faciunt, attendas,  
& hoc ipso te alij supereffers gloriosus, tibi que  
persuades satis esse plura, quam alij multi, te  
possidere. Utinam illa S. S. Patrum considerares  
ieiunia, eorum illas eleemosynas, qui se ipsos  
uendebant in captiuorum remissionem, illam  
solitudinem, qua se integris annis conclude-  
bant, quasi in sepulchro delitescentes, illam  
in laboribus pauentiam, illam animae puritatem  
stellis fulgentiorum. In bonis temporalibus,  
ditiores consideras, & te pauperem arbitratu  
eo quod tibi multum deficiat eorum quae al-  
ter habet, nec ad illa accedis, quae alter est lu-  
eratus: nec attendis, quod non parum tibi Deus  
contulerit beneficium dando tibi mediocritate-  
tatem: concessit enim tibi sanitatem; opes suffi-  
cientes, quibus sine pudore uitas per alienas non  
coactus domos diuagari, ut alij mille, qui nec  
tantum possident, suntque te meliores. In illos  
oculos reflecte, & tranquillus eris, uires quie-  
sus (inquit D. Basil.) & ad misericordiam ex-  
ga

ga pauperes commouebis, Christi imitatus exemplum.

§ 8. Dixit ad Philippum, unde ememus panes? Querit Dominus, ut tanto pateat miraculum euidentius, quam illud aquarum & maris: hoc tibi fit utilitati.

17 Quid hoc cœlorum Domine, tunc à Philippo quæris, unde à quo tempore Magister discipulum interrogat? In sapientia æterna ab homine quæris consilium: qui ipsa est ignorantia? Nonne tu ille, qui ob scientiam tuam infamiam gloriae: quod nulli us in rebus agendis admittas consilium, nec etiam Scaphiorum? Numquid tuo preceperis variare; et hanc hominibus inimicet veritatem exclamantur: Quis consiliarius eius fuit? Cum quo rogis consilium? Hæc sunt verba, quæ ad magnitudinis tuæ publicatio, em tuus repetitio potest.

13. Rom. II. 34. *Quis cognovit sensum Domini, aut quis consiliarius eius fuit? Vixem tibi posse respondere, quod Discipulum suum Philippum admittit in consiliarium: tum illum interroget. Unde ememus panes?*

I. Aliorum etiam in diuini iudicium explorandum, & sequendum. cū Moyse. Ex. 18. D. C. II. *Scriptura ait omnium hominum orat. mitissimus, amicus Deo, & in externa Phil. sophia bene instruitus, & non minus spiritualium intelligentia instructus: multis Prophetis familiaris fuit Deus, sed nulli scit Moyse: nam alijs per anigmata &c. Omnium Dominus seruo sicut Amico loquitur. Erat itaque sapiens tam domestica quam peregrina eruditione. Erat potens in opere & verbo. Imperabat creatura. Eduxit tantum populum ex Ægypto, dimisit mare: &c. Nihilominus talis homo non aduerit rem, quam mortalium plerique facit consilia aut.*

22. *Socer eius homo barbarus statim aduerit, & in medium attulit: &c. Consiliarijs enim omnes opus habent etiam si Moyse conferris possint. Multa enim sunt, qua magis, & admirabiles viri ignorant, que tamen parus, ab illis que scire solent. Verum ille barbarus, ubi videt Moysem quadam præter dignitatem facere, eum correxit dicens: non recte hoc secretis tuis laboro consumeris, &c. Nec sic exaspera-*

*ri est ille sapiens, ille intelligens, ille toti myriadam dux. Hæc audiens non erubuit, non est confusus non est reueritus subditos, non dixit intra scriptum. Con: ement me subdit, si ab alijs quid facerem si didicero sed obtemperauit, & fecit iuxta consilium illius. Moyse feci omnia, inquit S. Scriptura, Que ille suggesserat. Hæc D. Chrysostomus hæc de Moyse referens historiam. Hinc contra multos disputat, qui ne dicatur, quod consilium acceperint, vel non aduertunt, multas committunt absurditates. Si Naaman dux potentissimus, per quem Dominus dedit salutem Syria &c. Suis non audiisset famulos, qua ratione prospere iter illi successisset? Et scripsit hoc (inquit D. Chrysostomus) ipse Moyse: Memoria commendat: non ob aliam causam quam ut nos doceret, ne unquam de nobis ita sublimem sentiamus.*

singulari proterus consilio nos Spiritus S. præmonuit, ne crederemus, quod in te, qui solus licet æternæ clarissimus, possint cadere tenebræ ignorantia, nec vlla ratione tibi opus esse, ut quempiam interroges: Sol illuminauit &c. Abyssum & cor hominis inuestigauit, & in altitatem eorum excogitauit &c. Et non eget alicuius consilio. Tunc quæris, unde? Nonne tibi manus, ut ex eodem nihilo educas cœles, & terram, & de istidem tenebris lucem fulgentissimam, ex qua ratione tuus dixit Apostolus: Deus qui dixit de tenebris lucem splendescere? Ignorabas tu, unde tot tamque mirabiles formares stellas, istaque luminaria a deo fulgentia, quæ mundum illuminant vniuersum? & unde tantam produceres arborum, plantarum, fontium, mineralium varietatem, qualem in terra, cuiusque visceribus esse cognoscimus? Unde? Numquid tibi manus non sunt adeo potentes, ut ex eodem luto in illis sumpto oculos procrees clarissimos illi, qui his ortatus in lucem prodierat? Numquid tibi vox efficax adeo, ut ex eadem lepra munditiam educat, & de sereno mortuum ad vitam, quinimo de ipso sepulchro vitum proferat ipsum, qui in puluerem redactus computruerat? Unde? an tibi potentia deest, ut de sterquilio tot horrendis & abominandis fiarente Ierpontibus (intelligo Magdalena) vitrum conies crystallinum in Ecclesie tue lucem, ipsis cælis multo purius? Unde? Numquid non vales de homine adeo debili, ut ad viam vocem de tua coarct confessione iurando, negando, periurando, & anathematizando quod te minime nosset, per am formate Ecclesie tue fundamentalem, cui fides innitatur, & omnium fidelium, sanguisumque eius

II. Christo non deerat potentia. 2. Cor. 4. 6. *D. 3. consilio,*

